tur ei vir diſcretꝰ ⁊ honeſtus ⁊ vere ſacerdos. 5° ꝓpter neceſſitatē. qꝛ iſtante mortis articulo quilibet ſacerdos pōt abſoluere. Et peregrini abſoluūt ab his apud quos ſūt. 6° ꝓpter defectū ſui ſacerdotiſ. qñ ē idiota vel ꝓditoꝛ cōfeſſionis. vel qñ do ſolet mulieres ꝯfitētes ꝓcari. tūc. n. ſi nō inuenit aliquē q auctoritatē hēat efficitur ei ſacerdos ꝓprius non quilibet. ſʒ diſcretus ⁊ honeſtus ⁊ notꝰ vel ex ordine vel ex perſona.

¶ De ſigillo cōfeſſiōis. Ca. 28.

e A que geruntᷣ exteriꝰ i ſacris ſunt ſigna reꝝ que interiꝰ cōtingūt. ⁊ iō ꝯfeſſio qua qs ſacerdoti ſe ſubijcit ſignū ē ſuperioritatis q̄ qs deo ſubijcitur. Deꝰ āt pctm̄ illiꝰ q ſe ꝑ pniaʒ ſubijcit tegit. Vñ oʒ de neceſſitate ſacri ꝙ ſacerdos celet cōfeſſionē. Sunt ⁊ alie hꝰ celatiōis vtilitates. qꝛ ꝑ hoc hoīes magis ad cōfeſſionē attrahuntᷣ. ⁊ ſimpliciꝰ pctā confitentur. Sacerdos aūt nō dʒ tm̄ celare pctm̄ qđ i cōfeſſione recipit: ſʒ ēt oīa alia ſigna ꝑ q̄ poſſet peccatoꝛ vel pctm̄ cōprehēdi. Pōt āt penitens facere vt illud qđ ſacerdos ꝓpter cōfeſſionē ſibi factā ſciebat vt deus. ſciat ēt vt hō. Et hoc facit dū licētiat eū ad dicēdū. ⁊ ſi dicē nō frāgit ſigilluʒ cōfeſſiōis. Si āt queratᷣ vtꝝ id qđ ſcit ſacerdos ꝑ cōfeſſionē ⁊ ſcit alio mō poſſit reuelare. ſuꝑ hoc diuerſe ſūt opiniones. Sʒ hec ē verioꝛ. qꝛ ſiue ſacerdos ſciat illđ pctm̄ añ confeſſionē ſibi fcāʒ ſiue pꝰ. non tenetᷣ celare q̄ſtū ad id qđ ſcit vt hō. Nota ꝙ iſte modꝰ dicēdi. dico tibi i ꝯfeſſiōe. nō clauditᷣ tale dcm̄ ſigillo confeſſionis. qꝛ nō ſeruatᷣ ibi modꝰ ꝯfeſſiōis vlᷣ ordo.

¶ De ſatiſfactōe. Cap. 29.

s Icut i bellis ⁊ cōtrouerſiis reſtituta amicitia: nō ſtati reſtituitᷣ debitū illati dāni. Ita poſt remiſſionē culpe in confeſſione ſeu cōtritiōe remanet debitū pene ſatiſfactorie. Iūgit ſacerdos q̄dā ad ſatiſfactiōis fundamētū ſicut abſtinere a pctō ⁊ reſtituere ablatū. Quedā ad ſatiſfactionis expeditionem vt eſt vitare cōſortia maloꝝ. Quedam iniūgit ad ſubſtantiā ſatiſfactiōis. vt ē ieiunare vigilare dare elemoſynā ꝑegrinari ⁊ hmōi opera penalia. Quedā iniūgit ad ſatiſfactiōis perfectionē ⁊ ſecuritatē. vt ſūt oꝑa ſuper erogatiōis. Satiſfactio debet rn̄dere culpe i tribus. ſ. i numero. ps. Lauabo ꝑ ſingulas noctes ⁊c̄. In pōdere. Aug. Libēter debʒ facere imortalis futurꝰ quecūqʒ faceret ꝓ differēda morte moriturꝰ. In menſura. G. Tāto tpe dʒ qs in pnia eē quāto fuit in culpa. Iſta tria requiruntᷣ i penitētia ſcđm cōueniētiā ñ ſʒ necitatē.

¶ De ſingulis ꝑtibꝰ ſatiſfactionis in cōmuni. Cap. 30.

s Atiſfactōis quedā ſunt ꝑtes ꝓncipales. ſ. Oīo Ieiuniū. ⁊ elemoſyna. Quedā vero ſecūdarie que ad has reducuntᷣ. vt vigilie ꝑegrinatiōes diſcipline. Dicendū ergo ꝙ oīa carnē affligentia reducuntᷣ ad ieiuniū. oīa oꝑa vō ſpūalia ad orōnē. oīa āt oꝑa mīe ad elemoſynā. Sufficiētia ꝑtiū ꝓncipaliū pōt accipi reſpectu termini a quo ē motꝰ ſatiſfactionis. qꝛ ꝑ ieiuniū reuocamur a cōcupiſcentia carnis. ꝑ orōnē a ſuꝑbia vite. ꝑ elemoſynā a cōcupiſcētia oculorum. Alio mō ſumitᷣ iſta ſufficiētia ex ꝑte termini ad quē fit ſatiſfactio. qꝛ ꝑ ieiuniū ordinatᷣ hō in ſeipo. ꝑ elemoſynā ad ꝓximū. ꝑ orōnē ad deū. Tertio mō ſumitᷣ hec ſufficiētia ex parte materie de qua fit. Per elemoſynā. n. fit ſatiſfactio de bonis ſubſtātie exterioris. ꝑ ieiunium de bonis corporis. per orationem de bonis mentis. Quarto modo ſumitᷣ hec ſufficientia ex parte modorū ſatiſfaciēdi. fit. n. ſatiſfactio tribus modis. vel per punitōeʒ. vel per redēptionē. vel per ſupplicatōeʒ. Primū facimus ieiunando. 2m elemoſynas danº. tertium orando. Quinto ſumitᷣ hec ſufficientia ex parte effectus. Per ſatiſfactioneʒ. n. tria magna bona nobis proueniunt. ſ. impetratio gratie. remiſſio pene. expurgatio reliquiarum culpe. Ad primum videtur valere elemoſyna propter multiplicitatem interceſſoꝝ. Ad ſecundum ieiuniuʒ. Ad tertium oratio.

¶ De ptibus ſatiſfactiōis. Ca. 31.

e Lemoſyna dupliciꝉ pōt accipi.
aut itentione ſubleuādi nec̄itatē
ꝓximi: ⁊ ſic ē op⁹ mie. aut itētio-
ne recōpēſandi ꝓ debito offenſe diue. ⁊
ſic ē op⁹ iuſtitie. Uñ pmo mō ꝓpe ptinet
ad meritū vite. 2° mō ad meritū dimiſſio
nis pene. q2 elemoſyna ſic data ꝓprie eſt
ſatiſfactoria. De ieiunio quoq3 ſciēdū ē ꝙ
in carne duo ſunt: vnū natura que d3 ſu-
ſtentari. ⁊ aliud vitiū qd̄ d3 domari. Je-
iuniū ergo qd̄ naturā ſuat ⁊ vitiū domat
bonū ē. aliō vō nō. Oīo dupliciꝉ h3 fieri.
aut ꝓ ipetratiōe bonoꝝ. ⁊ ſic ē ps vl' op⁹
contemplatiōis: aut ꝓ remiſſiōe maloꝝ.
⁊ ſic ē ꝓpe pars ſatiſfactionis.

¶ De iuſtificatione impij. Cap. 52.

i Uſtificatio impij ē mot⁹ ab iniu
ſtitia ad iuſtitiā. Jn iuſtificatiōe
impij quattuor reqruntꝉ. ſ. mot⁹
liberi arbitrij. ꝯtritio. iſuſio gr̄e: ⁊ remiſ-
ſio culpe. Moꝝ pma duo ſunt ex pte ſu-
ſcipientis. alia vō ex pte agentꝭ. Predcā
q̄ttuor ſunt ſimul tpe ſ; natura. Priori-
tas āt ⁊ poſterioritas que ſm ordinē na-
ture eſt reduciꝉ aliquo mō ad ordinē cau
ſe ⁊ cauſati. Jnꝉ iſta videꝉ hic ordo cālita
tis eē. Cāliter. n. mot⁹ liberi arbitrij prior
alijs trib⁹ ē. q2 reqriꝉ cōſenſus volūtatis
in h⁹ mutatōe. Uolūtas ⁊ libeꝝ arbitriū
ſumunꝉ hic pro eodē. Preterea motus
iſte appellaꝉ mot⁹ liberi arbitrij. Jſte vō
mot⁹ q ꝑ libeꝝ arbitriū cōſentit dō vt p°
motori vocaꝉ mot⁹ fidei. q h3 aliqd co-
gnitiōis ⁊ aliqd affectōis. ſicꝉ fides. Dica
mus ḡ ꝙ motus liberi arbitrij ſiue mot⁹
fidei i deū cāliter ē prior ꝙ̄ mot⁹ quo de
pctō quis conuertiꝉ. q2 ſicut i generatio-
ne pcti prior eſt conuerſio ꝙ̄ auerſio. cu3
cōuerſio cauſet auerſionē. ita i ei⁹ deſtru
ctiōe por ē ꝯuerſio ad deū ꝑ libeꝝ arbi-
triū: ꝙ̄ auerſio a creatura ꝑ cōtritionem
de peccato. Quod enim primū ē i cōpoſi
tione vltimū ē i reſolutiōe. Jſti vero duo
mot⁹ liberi arbitrij ⁊ ꝯtritōis ſunt pores
ꝙ̄ gr̄a infundaꝉ. q2 ſūt cā pparatoria vt
gr̄a deꝉ. Quāuis eni de⁹ ſine vlla ppatōe
poſſet impiū iuſtificare. tamē reqriꝉ pre-
patio ex pte nr̄a. qm̄ ſicut reqriꝉ ppatio
ex pte materie i naturali mutatiōe ad reci
piēdā formā. Jn mutatōe voluntaria. q̄d
ē ex ipotentia agentis ſ3 ſuſcipiētis. Alia
rō eſt q2 i iuſtificatiōe pctōris fit introdu
ctio vni⁹ forme ⁊ expulſio ꝯrie. iō reqrūꝉ
pdcā duo. ſ. mot⁹ liberi arbitrij diſponēs
ad gr̄e ſuſceptōe3. ⁊ cōtritio. i. diſceſſio a
pctō diſponēs ad culpe expulſionē. Gr̄a
pus infundiꝉ ꝙ̄ culpa remittaꝉ. ſicut in
introductōe forme por ē forma q̄ expellit
a pte agētis ꝙ̄ illa q̄ expellēda ē remoue
ri poſſit. Qualr āt iuſtificatio fiat i inſtā
ti vel ſucceſſiue. nota diſtictōe3. Pōt iu-
ſtificatio dupl̄r accipi ſicꝉ ⁊ gnātio. Uno
mō vt dicat motū ad iuſtitiā cum ꝉmino
eiuſdē. ⁊ ſic fit ſucceſſiue qn̄ ſuccedit ſucceſ
ſiua ppatio. Alio mō pōt accipi ſolūmō
mutatiōe ſine motu. hoc mō fit iuſtifica
tio i iſtāti. ⁊ hoc triplici rōe. Pria q2 fit
vtute ifinita ⁊ ſimplici q̄ imediate opaꝉ.
2ª ē q2 fit i ſubo ſimplici. ſ. in mēte. 3ª eſt
q2 ipa forma q̄ expelliꝉ. ſ. culpa nō por vlꝉ
ꝓpior ē ꝙ̄ q̄ introduciꝉ. ſ. gr̄a q̄ oio ſim
plex eſt. Ad illō qd̄ dicit Aug. q2 mai⁹ eſt
iuſtificare ipiū ꝙ̄ creare celū ⁊ terrā. dicē
dū mai⁹ ē q̄tū ad illud qd̄ fit: q2 meli⁹ ē.
ſ3 nō quo ad modū faciēdi. Quāuis enim
in iuſtificatōe ipij ſit reſiſtētia formalis. ſ.
ꝯrij ad ꝯriū. nō tn̄ ē ibi reſiſtētia effectiua
q̄ aliqd reſiſtat agēti. ſ. deo. cui⁹ vtuti ni-
hil reſiſtere pōt. Jn iuſtificatiōe impij ali
qd ē ex pte dei. ⁊ aliqd ex pte pctōris. ⁊
aliqd ex pte eccl̄ie. Ex pte dei duo ſūt. ſ.
miſericordia q̄ reatū idulget. ⁊ iuſtitia q̄
emēdā aliq̄ntulā exigit vel hic vel i pur-
gatorio. hec ſignificaꝉ ꝑ binos diſcipulos
quos miſit dn̄s i oēm locū quo erat ipſe
venturus. tūc qdē corpalr. nūc āt ꝑ gr̄am
ſpūalr. Ex pte pctōris ſꝉ ēt duo. ſc3 amor
⁊ dolor. ⁊ hi ſꝉ due molle qb⁹ pctm̄ ꝯteri
tur. q2 ſ3 legē nō debent diabolo i pigno
re obligari. Ex pte eccl̄ie ſilr ſꝉ duo. pmū
eſt meritū ⁊ pcipue xp̄i qd̄ ē inextimabile
⁊ alioꝝ ſcōꝝ q fecerꝉ opa mlta ſuperroga
tiōis. q̄ oia ſub ptāte clauiū ſꝉ poſita. vt

qđ minꝰ ē in vno mēbro ecclie cōpenſeť in alio. Vñ ſi aliqs nō ē mēbꝛū ecclie non influit in ipm meritū pdcm. Scđm ē indulgētia quā dat eccliā p papā ꝛ epos. tñ vt ipa indulgentia tñ valeat qꝛtū ſonat. exigiť auctoꝛitas. ꝛ cā. ſ. cōis vtilitas ex pte dātiū. exigiť ēt fides foꝛmata ꝛ obedientia ex pte recipiētiū. Ꝺ ēt vt ſoluat illđ pp qđ dať.

## De pnia veialiū. Cap. 33.

p Enitentia eſt remediū īſtitutū ad expiandū peccatū cui debeť pena ſenſibilis que cū debeatur pctō ñ ſolū moꝛtali ſed ēt veniali p3 ꝙ pnia ē remediū ꝯtra vtrūq3. qꝛ nō ē ſimplr de venialibꝰ ſed de moꝛtalibꝰ. qꝛ pnia ītroducta ē ad recōciliādū amicitiā vel aīa3 quā moꝛtale pctm̄ tollit. Licet igť nō ſit de venialibꝰ ſimplr pnia. tñ ē p accñs. ꝛ hoc ē tribus modis. Primo rōne dubij. vt qñ credunť eē moꝛtalia. 2° rōne ſtatuti. vt qñ hō q teneť ꝯfiteri ſemel ī āno non h3 niſi venialia. 3° rōe periculi. vt qñ vēialis delectatio ad Ꝺ pducta ē. ꝙ niſi hō ſe auertat ab ea trahit in moꝛtale. S3 de remiſſione venialis pcti ſciēdum ꝙ in duobus caſibus nō remittiť. Primꝰ ē ſi talis habeat pctm̄ moꝛtale. qñ ſine moꝛtali nūqꝫ dimittiť veniale. l3 ecōtra poſſit fieri. ſ. ꝙ moꝛtale dimittať ſine veniali. Cum enim pctm̄ moꝛtale tollat charitatē que vniuerſa delicta opit cōſtāt ꝙ exñti ī pctō moꝛtali nullū veniale remittiť. Scđs eſt qñ voluntas fixa maneť ī affectu alicuiꝰ peccati determinati vēialis tñ. qñ illđ tolli nō poteſt. ꝛ hoc multiplici rōe. Pꝛia eſt. qm̄ oē pcm̄ remiſſiōe īdiget quo ad duo ſ. quo ad culpā: ꝛ quo ad penam. ſ3 nō pt eſſe 2ª remiſſio ſine pma. qꝛ qꝫ diu hō culpā h3 đbitoꝛ ē pene. Culpa āt conſiſtit in deoꝛdinatiōe volūtatis. Vñ voluntas ſic manēs pertinax reoꝛdinari nō pōt. Alioqn duo oppoſita ſimul eſſent in eodem. Alia rō eſt. qꝛ manente cā nō pōt tolli effectꝰ. ſed volūtas ioꝛdinata ad aliqd eſt cā venialis pcti. vñ manēte volūtate fixa in illo nō remittiť ipm pctm̄ veniale. Sciendū ēt ꝙ vnū pctm̄ veniale bñ pōt dimitti ſine alio: qꝛ peccatu3 moꝛtale qđ maioꝛiſ ē adherētie pōt ēt remitti ſine vēiali. Alia rō eſt. quia peccatū moꝛtale ita deo diſplicet ꝙ facť ēt ip3 pctōꝛē deo diſplicē. S3 veniale đo diſplicet cū ioꝛdinatū ſit. tñ ñ facit peccātē deo diſplicere. qꝛ p illud non priuať gr̄a ſ3 obnubilať. ictrum eius proceſſus ad extioꝛa īpediť. ꝛ pp Ꝺ vnū vēiale ñ īpedit qn aliđ remitti poſſit. 3ª rō ē. qꝛ vēialia nō hñt ꝯuerſionē adīuicē nec a pte auerſionis. qꝛ nō auertūt a ſūmo bono. nec a pte cōuerſiōis. ꝛ iđ vnū dimitti pōt ſine alio. Nō ē āt ſic de moꝛtalibus vbi nō dimittiť vnum ſine alio. qꝛ cōnexionē hñt adīuicē ex pte auerſiōis. Quolibet moꝛtale auertit a deo. l3 nō hēat cōnexionē ex pte auerſiōis. Ex pdictiſ colligiť. ꝙ vnū moꝛtale nō remittiť ſine alio. ꝛ ꝙ vnū veniale pōt remitti ſine alio veniali. Itē moꝛtale remittiť ſine veniali. ſ3 nō veniale ſine moꝛtali. cꝰ duplex ē rō. Pꝛia ē. qꝛ moꝛtale ꝛ vēiale ſe hñt ſicut hitꝰ ꝛ diſpoſitio. ſ3 ablato hitu pōt manere diſpoſitio ꝛ ecōuerſo. Scđa rō eſt. qꝛ moꝛtale opponiť charitati. veniale āt feruoꝛi eiꝰ. ſ3 ſublata charitate tolliť feruoꝛ ꝛ nō ecōuerſo.

## Propť qd dimittiť pctm̄ veniale. Cap. 34.

a D pcti venialis remiſſionē nō exigitur nouꝰ charitatis habitus. ſ3 ſufficit nouus motus. qꝛ peccatū nō tollebat vtutiſ hitū. ſ3 īpediebat eiꝰ actū. Nota ēt ꝙ pcm̄ vēiale ñ dimittiť ſine ꝯtritōe. cꝰ Ꝺ ē rō. qꝛ qꝫ diu volūtas ī aliq̄ veniali fixa māet nūqꝫ dimittiť: ſ3 volūtatē ab eo auertē qđ qs pus volebat ē diſplicē ei qđ voluit. tal' āt diſplicētia doloꝛ ꝯtritiōis dť. S3 ſciēdū ꝙ ꝯtritio pt accipi triplr. ſ. actu vľ hitu vľ medio mō. Cōtritō ī hitu ñ ſufficit ad pcti vēial' rēiſſiō3. qꝛ tē qcūq3 pnie vtutiſ hitū hrēt. ñ poſſet hre vēiale pcm̄. ꝛ ſic vēiale pcm̄ ñ poſſ3 eē cū gr̄a. ꝯtritō q3 ī actu ñ ſp reqriť. qꝛ ſequēť ꝙ pcm̄ qđ qs ī mēoꝛia ñ h3 rēitti ñ poſſ3: pp Ꝺ rqriť ꝯtritō medio mō. ſ. vt pcm̄ diſpliceat actualr vľ explicite ľ iplicite. dico āt iplicite qꝛ tal' actꝰ ñ ſuffic: qꝛ diſplicēt explicite pctm̄ vēia

le ſi cognitio ferret̃ ad illud. Nota ēt ꝙ tā feruēs pōt eē mot⁹charitatis ī deū ꝙ oīa pctā venialia ↄſumit ēt ſine actuali cogitatiōe ipſoꝝ.qꝛ qñ qs feruēter in deuʒ fert̃ diſplicet ei qcqd a deo r̃tardat. ⁊ ita lʒ explicite de pctō veniali nō cogitet.tñ ī illo motu ↄterit̃ iplicite diſplicentia pctī vēialis.vel vni⁹vel oiuʒ.Sciēdū eſt ꝙ in ↄtritiōe de vēialib⁹nō exigit̃ ꝓpoſitū nō peccādi venialit̃.ſicut ī ↄtritiōe de mortali exigit̃:ſed ſufficit ꝙ diſpliceat ei pctm̄ ꝑteritū.⁊ infirmitas q̄ ad pctm̄ veniale īclinat̃.Quis imunis ab eo eſſe nō poſſit. ita tñ ꝙ volūtas nō maneat fixa ī vno veniali.qꝛ illud ſic retentū nō dimitteret̃ in ↄtritione generali nec ī ſpāli.⁊ hec eſt rō. qꝛ pctā mortalia ſūt ī ptāte nr̃a vt vitent̃ nō ſolū ſingula:ſed ēt oīa.venialia v̄o ⁊ ſi ſingl̃a vitari pñt.nō tñ oīa ꝙ ex īfirmitate ↄtigit nāe.Multa ſūt ꝑ que tollunt̃ pctā venialia que ꝑ tria ↄphēdūt̃. p̄°ſūt oīa illa que grām ↄferūt vt oīa ſacr̃a eccl̃ie. 2° ſūt illa qb⁹ipedimenta feruoris ⁊ gr̃e tollunt̃ ſicut ē aq̄ bñdicta que virtuteʒ inimici reꝑmit.⁊ epalis bñdictio ⁊ alia ſacr̃alia.3° eſt exercitiū hūilitatis ex pte nr̃a. ſicut eſt ↄfeſſio pctōꝝ:oōo dñicalis:elymoſina ieiuniū:⁊ h⁹i. Et hoꝝ ē rō.qꝛ cuʒ venialia dimittant̃ ꝑ feruorē charitatis que iplicite vel explicite ↄ ̄inet oīa illa que nata ſūt de ſe feruorē charitatis excitare dicuntur venialia pctā dimittere.talia v̄o ſunt oīa que p̄dicta ſunt. Vñ cū ſm quātitatē feruoris ſit quātitas remiſſiōis. pʒ ꝙ ꝑ ꝓut ꝑ enumerata maior vel mior excitat̃ feruor qui implicite vel explicite ↄtritionem continet plura vel pautiora venialia dimittūtur non tñ ſemper oīa.

## ¶ De extrema vnctione. Cap. 55.

m Ediator dei ⁊ hominū nō ſolū vocat̃ ieſus inquātū hʒ ſaluare. ſʒ ēt xp̄s iquātū hʒ vnctiōis gr̃aʒ ī alios diffundere qđ ſignificatū fuit in rege Dauid q trib⁹vicib⁹vnctus fuit.p̄°in domo p̄ris ſui ī ſignū regni futuri.hoc ſignificat vnctionē ī baptiſmo.2°ī ebron ſuper iudā.⁊ poſtea multa mala habuit. hoc ſignificat vnctionē in confirmatione. 3° iteruʒ ī ebron ſuper oēm iſrael. poſt hanc in pace regnauit.hoc ſignificat vnctioneʒ in extremis.De ſubſtātia huius ſacr̃i ſūt qnqʒ.primū ē ꝙ vnctionē faciēs ſit ſacerdoſ Secūdū eſt itentio debita.Tertiū eſt materia debita.ſ.oleum infirmoꝝ.Quartū ē forma verboꝝ.hoc.ſ.per iſtā vnctionē ⁊c̃. quā formā dicere dʒ inungēs.Quintuʒ ē locus iungendus.qꝛ ſit ad oculos ad aures ad nares ad os ad lumbos ⁊ ad manus.In hoc ſacr̃o forma verboꝝ eſt dep̄catiua.qꝛ iſtud ſacr̃m videt̃ valere ꝑ orationē eccleſie ⁊ per moduʒ ſuffragij. Dat̃ enim ad effectū quem hō per ꝓpria opera poſſet ↄſequi ſi eſſet ſanus. Unde nota ꝙ in aliquo ſacr̃o verboꝝ forma non eſt ī ſola oōne niſi ī iſto. Dixit.n. Jacob⁹. Inducat preſbyteros vt orent ſuper eū. In quibuſdā ſacr̃is in ſola enūciatione v̄borum eſt virtus ſicut in baptiſmo. Ait eniʒ dñs. Ite baptizantes eoſ non faciēs mentionem de oōne. In aliquo ſacr̃o ſm q̄ſdam ↄſiſtit forma ī oōne ⁊ enūciatione vt in ſacr̃o pnie. Cōſueuerūt.n. ↄfeſſores ꝑmo orare dicentes abſolutionē ⁊ remiſſionē ⁊c̃. Et poſtea dicere. Abſoluo te. Cū enim in pctō offendat̃ deus ⁊ eccl̃a ↄ̄ primum merito ſit oratio.⁊ ↄ̄ ſcdm abſolutio. Iſtud ſacr̃ʒ nō datur niſi adultis qui pctā venialia vident̃ habere. ↄ̄ que inſtitutum eſt.nec datur alijs q̄ infirmis ī periculo mortis ↄſtitutis. Sanis aūt nō datur hoc ſacr̃m.qꝛ hñt remedium pnie paratum:nec dat̃ niſi poſtulātib⁹qui deuotione ſurſū eriguntur. Sed ſi ſepe īfirmatur quis ad mortem ſepe poteſt inungi. ſed in vna infirmitate non debet quis bis inungi niſi eadem infirmitas vltra ānuʒ protrahat̃.ita ꝙ in vno anno propter eādem infirmitatem nemo bis inungitur. Effectus huius ſacr̃i multiplex eſt. Primus eſt ſanitas duplex. Una eſt ꝑncipal. ſcilicet liberatio ab infirmitate ſpirituali que contrahitur per pctōꝝ veniam qbus aīa efficitur ꝺbilis ad exequēdū actū gr̃e ⁊ glorie. Alia eſt ſanitas que ē q̄ſi ſignum

prioris ſanitatis.ſ.ſanitas corporalis.⁊ hoc
eſt verū qñ ſanitas corporalis expedit ſani
tati ſpūali. Tunc enim iſtud ſacrm̄ cauſat
vtrūqꝫ in ſuſcipiētib⁹ digne. Interdum
enim vtilis ē ſanitas corporalis.ſ. ad meri
tū glorie cumulandū. Ualet ēt ad deuo
tionē excitandā ⁊ ad velociorē tranſitū.
In hoc ſacro ſicut ī ceteris tria ſūt. Unū
ē ſacrm̄ tm̄.ſ.exterior vnctio. Aliud eſt res
tm̄.ſ.effectus duplicis ſanitatis.vt dictū
eſt. Tertiū ē ſacrm̄ ⁊ res.ſ.q̄dā vnctio ſpi
rituaſ iterior.ſ.mētis iocūditas ⁊ ſolatiū.

¶De ſacro ordinis. Cap. 36.

q Uinqꝫ ſacra de qbus dictū ē per
tinēt ad ſtatū perſone. Sed duo
de qbus dicēdū ē ptinēt ad cōem
ſtatū eccleſie.qꝛ ordo ptinet ad generatio
nē ſpūalē. matrimoniū vero ad genera-
tionē carnalē. Ordinē pcedit pma tonſu
ra.qꝛ in omni tranſitu de ſtatu ad ſtatum
cōuenienter interponit̄ aliqua diſpoſitio
media. Unde in trāſitu a ſtatu laycoꝝ ad
ſtatū miniſtroꝝ dei cōueniēter pma ton-
ſura interponitur. Fit ēt ī hac tōſura ali-
quoꝝ capilloꝝ reſecatio ī modū corone.
qꝛ ī miniſteriū illi⁹ aſſumit̄ cui ſeruire re
gnare eſt. Eſt itaqꝫ duplex ſignū diſtin-
ctum ī ordinatis.ſ.exteri⁹ tonſura. ⁊ inte
rius caracter. Ad eē āt ordinis tonſura ñ
preexigit̄:ſꝫ ad bñ eē.qꝛ diſpoſitio ꝯgrui
tatis ē ipa tonſura ad ordinē nō neceītatis.
Hugo de ſcō Uic.ordinem ſic deſcribit.
Ordo ē ſignaculū quoddā ī quo poteſtas
ſpūalis tradit̄ ordinatis ⁊ officiū. Hic no
ta ꝙ ſicut in naturalib⁹ dedit deus ſupe
riora corpa in regimen inferioꝝ. ſic ⁊ in
ſpūalibus quoſdā poſuit ſuperiores quoſ
dā iferiores.vt illi poteſtatē habeāt ſup
iſtos.ſicut ſūt clerici q preſunt ī ſpūalib⁹.
⁊ pncipes ac iudices ſeculares ī tpalib⁹.
De ſuba h⁹ ſacri ſunt ſex. pmū ē poteſtas
ordinantis.qꝛ oꝫ vt ſit eps. 2m ē materia
ſ.vnctio in ſacerdotibus.⁊ tactus illoꝝ
que tāgēda ſunt in alijs. 3m ē forma ver
boꝝ. 4m ē ſexus virilis. qꝛ mulier nō re-
cipit caracterem ordinis. 5m ē intētio re
cta. 6m ē ꝙ ordinandus ſit baptizatus.

quia baptiſmus eſt ianua omniū ſacra-
mentoꝝ. Quoddam eſt hic ſacramentū
tm̄ vt viſibile ſignum quo poteſtas tradi
oſtenditur. Quoddam eſt res tm̄ ſcilicet
gratia q̄ cōfert̄ digne recipienti. Quod-
dam eſt res ⁊ ſacramentum vt caracter.
Septem ſunt ordines.ſ.hoſtiarius. lec-
tor.exorciſta.accolitus.ſubdiaconus.dia
conus:⁊ preſbyter:qui omnium ordinū
eſt perfectiſſimus ⁊ terminus aliorum.
Alij ſunt quaſi ſeptem gradus quib⁹ a-
ſcenditur ad thronū ſolutionis. Act⁹ ho
ſtiariorum eſt cuſtodire locum conſerua
tionis ſacramentorū ab excōmunicatis.
Actus lectorum eſt legere prophetias.
Actus exorciſtarum eſt arcere demones
ne dominentur in corpore nondum ba-
ptizati.ſ.per cōiurationes. Actus accoli-
torum eſt deſignare lumen euangelij ī lu
mine corporali. Actus ſubdiaconorū eſt
accipere oblationes ab offerentibus eaſ-
qꝫ offerre diacono. legere autē epiſtolas
non eſt actus eorum principalis. ſed con
ſequens. Actus diaconorum eſt ordinare
hoſtias in altari. Legere aūt euāgeliū vel
pdicare eſt act⁹ cōſequs. Act⁹ pſbytero-
rū ē ꝯſecrare corp⁹ ⁊ ſāguinē xpi.⁊ ē act⁹
pncipaſ.ali⁹ ē ꝯñs.ſ.ligare ⁊ ſoluē p quē
actū corpus myſticū ppat̄.vt ſit aptū ⁊
idoneū ad pceptōꝫ corpis xpi veri. In q-
libet ordine caracter ipmit̄.ſꝫ qñ ſit nunc
dicēdū ē. Hoſtiarijs qdem caracter ipri
mit̄ qñ dat̄ eis clauis ⁊ dr̄ ſic. Agite tāqꝫ
rōem deo reddituri de rebus q̄ clauibus
iſtis recludunt̄. Lectoribus caracter imp
mit̄ cū eps porrigit eis librum cū debita
forma verboꝝ. Exorciſtis vero cū dat eis
librū exorciſmoꝝ cū forma verboꝝ. Acco
litis āt ī verbis q̄ dicit eps cū dat eis can
delabꝛe. Subdiaconis iprimit̄ qñ eps cū
forma v̄boꝝ dat eis calicē vacuū ⁊ cetera
vaſa.quorū vſus ē ī ꝯfectiōe eucharíſtie.
Diaconis ⁊ pſbyteris iprimit̄ q̄ndo eps
imponit manū capiti cū v̄bis ad hoc ſta
tutis. pdictos ordies xps exercuit hoſtia
riatū.qñ ementes ⁊ vendentes de tēplo
eiecit. Lectoratū cū ī medio ſenioꝝ librū

Iſtate apicẽs legit ĩ eo. Exorciſtatũ qñ de
moniacos ſanauit. Accolitatum qñ dixit
ego ſũ lux mũdi. Subdiacõatũ qñ lĩtheo
ſe p̃cinxit. ⁊ pedes lauit diſcipuloꝝ. Dia
conatũ qñ ĩ cena corp⁹ ⁊ ſanguinẽ ſuũ mi
niſtrauit diſcipulis. ⁊ dormientes apo-
ſtolos excitauit. Preſbyteratũ qñ ſe ĩ ara
crucis obtulit. ⁊ qñ in cena paneʒ ⁊ vinuʒ
in corpus ⁊ ſanguinẽ ſuũ conuertit.

¶ De qualitate ordinãdoꝝ. Cap. 57.

Qualitas ordinãdoꝝ ↄſiſtit ĩ duo
bus. ſ. faciẽdis ⁊ euitãdis. facien
da ſunt hec. Sit ĩ moribus pudi
cus. In habitu honeſtus. Cibo ⁊ potu tẽ
patus. Cõpetẽt̃ q̃uis nõ eminent̃ littera
tus. Mãſuetus ⁊ modeſt⁹. Tõſurã defe
rat clericalẽ. Hoſpitalis. Doctor ĩ p̃dica-
tiõe. Reſidentiã faciat ĩ eccl'ia ſua vel bñ
ficio. Corrector vitioꝝ ꝑ virgã diſcipline.
Exẽplũ p̃beat bõe vite vel fame. Unicuʒ
ſufficiat bñficiũ hñs curã aiaꝝ. Bon⁹ ſit
gubernator familie. De necitate clericis
vitãda ſunt hec. Oẽ crimẽ mortalis pcti.
Nõ litigioſus. Nõ cupidus. Non luſor.
Nõ negociator. Nõ exerceat venatiões
clamoſas. Nõ ſit ĩcõtinẽs. nec mulierib⁹
coinhitet. Nõ ſit ĩ cõmeſſatõib⁹ ⁊ taber-
nis ⁊ fabulis. Nõ interſit ſpectaculis niſi
honeſtis. Nõ imiſceat ſe negocijs ſecula
rib⁹. Non dʒ itẽdere hiſtrionib⁹ ⁊ iocula
torib⁹. Tabernas nõ dʒ itrare niſi ĩ itine-
re. Horas nõ dʒ negligere. Iuſtũ iudiciũ
nõ dʒ vẽdere. Sacra eccleſiaſtica gratis
dare. Si qs eps. Non ſit excõicatus vel
ſuſpenſus vel irregularis. Nõ apoſtata.
nõ ſit ſymoniacus ĩ ordine vel bñficio nõ
ſolẽniter penitens. Ante ordĩs ſuſceptio
nẽ ſeq ſʒ ꝑ ↄfeſſiõeʒ p̃pet. In pctõ morta
li nõ accedat. Primã tõſurã ñ negligat.
Nullus ordinet̃ niſi examinatio p̃cedat.
Non accipiant̃ ſimul ordines minores
cũ ſubdiaconatu. nec ẽt duo ſacri ordĩes
ſimul. ſʒ gradatiʒ. Nec ꝑ ſaltum accipiat
qs ordinẽ nec ab alieno epo ſʒ a ſuo. nec
ↄtra epi ꝓhibitionẽ ⁊ ſine titulo nec furti
ue. Miſſã ĩ q̃ ordiat̃ totalit̃ audiat. Tan
gat oia q̃ ſũt tãgẽda. Unuſqſq ĩ ſuſcep-
tiõeʒ ſui ordinis ñ accedat niſi licenciat⁹
⁊ p̃ñtat⁹. Ieiun⁹ a ieiũo accipiat ordĩes.
Nõ recipiãt̃ nec ↄferãt̃ ordĩes niſi tpi-
bus ab eccl'ia iſtitut̃. Multa ſt q̃ ipediũt
ꝓmouẽdũ ẽt ſine culpa. lʒ nõ ſine cã. Nõ
n. dʒ ꝓmoueri ignot⁹ nec bigam⁹ nec ne-
ophit⁹ nec corꝑe vitiat⁹ nec de illegitimo
toro nat⁹. nec ſu⁹ nec obligat⁹ ad rõcinia.
qm̃ repellit̃ ab ordinibus. Ex p̃dictis pʒ
ꝙ dignitas clericalis ſiue ordines nõ con
ferũt̃ a quolʒ nec cuilibet. nec in quolibet
loco nec q̃lʒ tpe nec q̃libet hora. ſʒ miſſe.

¶ De ſacro matrimonij. Cap. 38.

Matrimoniũ ẽ ↄiũctio mar̃ ⁊ femi
ne indiuiduã vite cõſuetudinẽ re
tinẽs. Mr̃imoniũ ꝑ ſpõſalia ini-
tiat̃. ꝑ cõſenſuʒ animoꝝ expſſuʒ ꝑ v̄ba de
p̃ñti ratificat̃. ꝑ carnalẽ copulã cõſumat̃
⁊ ꝑficit̃. Ad hoc aũt ſciendũ nota ꝙ du-
plex ẽ ꝑfectio. Prima ẽ ĩ eẽ ſimplr̃. 2ª in
eẽ cõpleto. ſic pʒ ĩ puero in quo ẽ ꝑfectio
q̃ñtũ ad eẽ hois ſimplr̃ ſʒ ñ ẽ ĩ eo ꝑfectio
q̃ñtũ ad eẽ cõpletũ ſʒ q̃ñtitatẽ ⁊ opationẽ
hois. Eodẽ mõ dicẽm ẽ de mr̃imõio ĩ quo
duplex ẽ ꝑfectio. p̃ª ẽ q̃ fac̃ mr̃imonium
ſ. cõſenſus aioꝝ ꝑ v̄ba de p̃ñti expſſus. ⁊
ad hãc nõ exigit̃ copula carnalis. 2ª. ẽ q̃
mr̃imoniũ ↄſũat ⁊ ad hãc exigit̃ carnalis
copula. Bonũ mr̃imõij triplex ẽ. ſ. fides.
vt neut̃ alieño thoro maculet̃. Proles vt
ad cultũ dei nutriat̃. Sacr̃ʒ vt ñ diſſolua
tur. Licʒ. n. eccl'a poſſit ꝓp ipedimẽta mr̃i-
monij diuortiũ facẽ. nunq̃ tñ põt nec dʒ
mr̃imoniũ qđ legitime celebratũ ẽ diſſol
uere. q2 quos de⁹ cõiunxit hõ nõ põt q̃ñtũ
cũq; auctoritat̃ ſit ſepare. ſoluit̃ ãt mr̃i-
moniũ ꝑ mortẽ. Sciendũ ꝙ duplex ẽ con
iũctio ĩ mr̃imonio. ⁊ duplex ẽ mors cor-
rñdẽs illi. Eſt. n. ↄiũctio ſpũalis ꝑ ↄſen-
ſuʒ aioꝝ q̃ ſoluit̃ ꝑ mortẽ ſpũalem q̃ hõ
morit̃ mũdo ꝑ religiõis igreſſuʒ. Alia eſt
cõiunctio carnalis ꝑ cõmixtiõeʒ ſexuũʒ q̃
ſoluit̃ ꝑ mortẽ corꝑalẽ. Eſt ãt cã mr̃imo
nij q̃druplex. ſ. efficiẽs vt cõſenſus aioꝝ
ꝑ v̄ba de p̃ñti expſſus. Matialis. vt ipſe
ꝑſone legittie. formal' vt bñdictio. ãnuli
ſubarratio. et hmõi. finalis duplex ẽ. vna

pncipalis.ſ.ꝓlis ꝑcreatio ⁊ foꝛnicatiõis euitatio.qꝛ mrimoniũ nõ ſolũ i offiñ.ſed in remediũ inſtitutũ fuit.lꝫ fuerit pmo ſolũ in offiñ.Alia eſt ſcõaria ⁊ illa eſt multiplex.Vñ verſus.Hoſtes cõciliat.⁊ eo diſcernit heres.His ligat alma notat.ius tráſfert auget honoꝛe.Quadruplex diſtiguit mrimoniũ.Primũ ẽ carnale iter virũ ⁊ mulieré.Scõm ẽ moꝛale iter deũ ⁊ aiaꝫ.Tertiũ eſt allegoꝛicum inter xp̄m ⁊ eccl'iã.4m anagogicũ. inter deũ ⁊ aiaꝫ in eccl'ia triũphãti p cõiunctõꝫ gloꝛie. Põt qs accedere ad vxoꝛé ſuã qttuoꝛ de cauſis.ſ.cã ꝓlis.cã reddẽdi debitum. cã vitãde icõtinẽtie.Iſtis tribus modis nõ eſt peccatũ.4o põt fieri cã expellẽde libidis. ⁊ hoc mõ pctm̃ ẽ veniale vel moꝛtale ẽm ꝙ libido eſt venialis vel moꝛtalis.fit ãt pctm̃ i cõiugali coitu qnqꝫ modis. Vñ verſuſ.Quinqꝫ modis peccat vxoꝛe maritus abutẽs. Tpe.mente.loco.ꝯditiõe. mõ.Nota ꝙ vxoꝛ dimiſſa ꝑpter foꝛnicationé recõciliat̃ viro multis modis. Vñ verſus.Vltimo mechat̃ retinet nec cõciliat̃.Abſens ꝓſtituit. ius fraus reuocant mulieres. Tria ſũt oꝛnamenta ſponſe.ſ. ãnulus i digito.monile i pectoꝛe.coꝛona in capite. Primũ ſignificat opis puritaté.qꝛ i manu eſt opus. Scõm ſignificat affect9 ſinceritaté.qꝛ in pectoꝛe ẽ affect9. Tertiũ cõtẽplatõis claritaté.qꝛ in capite eſt pſpicacitas itellectus.Multis de cauſis btã virgo fuit deſpõſata viro. Prio vt deſignaret eccleſiã deſpõſatã xp̄o. Secũdo vt ioſeph teſtis eẽt itegerrime caſtitatꝭ ei9.Tertio vt p Joſeph oꝛigo ei9 oñderet̃.qꝛ p viros genealogia texit̃. Quarto ne ifamaret̃ ſi generaret nõ hñs maritũ.Quinto ne velut icõtinẽs dãnaretur. qꝛ de tribu erat ſacerdotali.⁊ tales cõburebant̃ alie adulte lapidabant̃. Sexto vt virgo viri ſolatio ſuſtẽtaretur. Septimo vt partus diabolo cellaretur. Octauo ne iudei chꝛiſtũ tãꝙ illegitimũ iuſte perſeq videret̃. Nono ne legi q̃ cõmendat mrimoniũ cõtrariari dñs videret̃. Notandũ ꝙ duodecim ſunt impedimẽta mrimõij. Vñ verſus.Erroꝛ.cõditio.votũ.cognatio.crimen.Cultus diſperitas.ius.oꝛdo ligamen.honeſtas.Si ſis affinis.ſi foꝛte coire nequibis. Hec ſociãda vetãt coniugia iuncta retardant.

¶ Explicit liber ſextus.

¶ Incipiunt capitula libri ſeptimi.


De fine mundi. 1.
De purgatoꝛio. 2.
De acerbitate purgatoꝛij. 3.
De ſuffragijs eccleſie. 4.
Quoꝝ ſuffragia ꝓſunt et quibus. 5.
Vtꝝ idulgẽtie valeant defunctis. 6.
De aduentu antixp̄i. 7.
De vita antixp̄i. 8.
De modis qbus decipiet antixp̄s. 9.
De ſequentibus antixp̄m. 10.
De gog ⁊ magog. 11.
De helya ⁊ enoch. 12.
De duratiõe hui9 perſecutionis. 13.
De moꝛte antixp̄i. 14.
De confragratione mundi. 15.
De reſurrectione generali. 16.
De iudicio extremo. 17.
De iudicantibus. 18.
De iudicãdis. 19.
De inouatione mundi. 20.
De penis inferni. 21
De diuerſitate penarum. 22.
De gloꝛia ſanctoꝛum. 23.
De dotibus in cõmuni. 24.
De dotibus aie in gnãli. 25.
De dotibus aie in ſpeciali. 26.
De dotib9 coꝛpis in generali. 27.
De dotibus coꝛpis in ſpeciali. 28.
De aureolis in genere. 29.
De aureolis in ſpecie. 30.
De enumeratione celeſtiũ gaudioꝝ. 31.


Explicitunt capitula.

¶ Incipit liber ſeptimus.

De fine mundi. Cap. 1.

f Jnale iudicium quedaꝫ ſunt antecedentia.quedam cõcomitantia.quedã ſequentia. Antecedentia iudicium tria ſunt.ſcilicꝫ pena purgatoꝛij. Eccleſie ſuffragia.⁊ pſecutio antixp̄i.Con

ɔmitātia duo ſunt.ſ.cōfragratio mūdi. ⁊ reſurrectio corporuꝫ. Conſequētia duo ſunt.ſ.pena infernalis.⁊ gloria celeſtis. de quibꝰ per ordinē eſt dicendū.

¶ De purgatorio. Cap. 2.

p Urgatoriꝰ ignis corporalis eſt:p quē tātūmodo ſpūs iuſtoꝝ qui i hac vita nō impleuerūt pniaꝫ neqꝫ ſatiſſactionē condignaꝫ affligunť. Hi qui ſūt in purgatorio ſpem hn̄t euaſiōis. qꝛ ſciunt ſe nō eſſe in inferno.⁊ tn̄ ꝓpť penaruꝫ magnitudinē hoc aliqn̄ nō aduertunt. Multe rōnes ſunt.qꝛ oꝫ eſſe purgatoriū. Prima eſt.qꝛ ſm̄ Auguſtinuꝫ tria ſunt genera hominū. Quidaꝫ ſunt valde mali quibus nō proſūt eccleſie ſuffragia. Quidam valde boni quibꝰ nō ſunt neceſſaria. Quidā nec valde mali nec valde boni qui habent venialia:⁊ his debeť pena purgatorij. Secūda eſt.qꝛ ſicut ſūma bonitas nō patiť ꝙ donū remaneat irremuneratū.ita ſūma iuſtitia nō patiť ꝙ malū remaneat īpunitū. Tertia eſt.qꝛ diuie lucis tanta eſt dignitas ꝙ eam ſoli mundi oculi cernere pn̄t. Unde oꝫ ꝙ quilibet veniat ad mūditiā baptiſmalē an̄ꝙ̃ conſpectui diuino preſenteť. Quarta eſt.qꝛ culpa eſt offenſiua diuine maieſtatis ⁊ dānoſa eccleſie.⁊ deformatio ī nobis imaginis diuie. Sed offenſa requirit punitionē. dānū requirit ſatiſfactionem. ⁊ deformatio expurgationē. ꝓpter quod neceſſe eſt ꝙ peccato reſpondeat pena. vel hic vľ alibi. Quinta eſt.ꝙ cōtraria ɔ̄riis curāť. ſed peccatū oriť ex delectatione. vn̄ debꝫ per penā deleri. Sexta eſt.qꝛ nulli debet negligentia ſuffragari. ſed ſi nō puniretť talis videreť in futuro cōmodū reportare de negligētia pnie dilate. Septima ē. qꝛ iuſtū eſt vt ſpūs qui cōtempto ſūmo ſubiecit ſe infimo.i.peccato ſubijciať poſtea inferioribꝰ.ideſt penis. Nota ꝙ anime poſtꝙ̃ fuerint in igne ſufficienter purgate ſtatiꝫ euolant ad gloriā:⁊ hoc patet multiplici rōne. Prio qꝛ poſt purgationē nulla remanet ad gloriam diſſimilitudo in aīa. Unde merito illi debet iūgi. 2° qꝛ ianua celi illis ſemper eſt aperta q̄ nullum habent obſtaculū. Tertio qꝛ neceſſe eſt illos ſpūs in quibꝰ eſt charitas ſurſuꝫ eleuās ⁊ nihil retardās ſurſuꝫ eleuari ad gloriā. Quarto qꝛ cū deus ſit pronior ad miſerendū ꝙ̃ ad puniendū:merito debꝫ purgatos cōiūgere glorie. quos purgandos ſubiecit pene. Quito qꝛ nō punit deus his ī idipſuꝫ. Unde cū iſte ſufficienter ſatiſfecerit in penis igniū nō amplius debet puniri ī dilatione premioꝝ. Sexto qꝛ poſt purgationē nō debet talis eſſe ī purgatorio.neqꝫ ī limbo.neqꝫ ī inferno. qꝛ n̄ eſt de numero dānatorū.ergo oꝫ eſſe ī celo.qꝛ poſt mortē nō ſūt alia receptacula aīarum. Septimo qꝛ efficacior eſt charitas ꝙ̃ iniquitas. ſed iniquitas ſtati ducit ad ſupplicia.ergo charitas ſtatiꝫ duc̄ ad premiū. Octauo qꝛ ceſſante impedimento corpora grauia feruntť deorſuꝫ ⁊ leuia ſurſū.ſic ⁊ malorum ſpūs remoto carnis onere ſtatim ferūť ad locū ſuppliciorum propter peccati grauitatē. Spiritꝰ vō bonorū ſi nō ſit impedimentū alicuius culpe vel pene debite ſtatim feruntur ad locum premiorum.

¶ De acerbitate purgatorij. Cap. 3.

i N purgatorio duplex eſt pena. Una eſt dāni de carentia diuine viſiōis. Alia ſenſus de afflictione igniſ.⁊ quātū ad vtrūqꝫ.mīma pena purgatorij maior eſt maxia mūdi. Iſtud patet de pena dāni.qꝛ affectus de quo deſiderat ſūmū bonū poſt hanc vitā ab oibuſ ſanctis intenſior eſt ꝙ̃ aliquis affectꝰ rei temporalis in iſta vita. maxime cuꝫ tempus habendi aduenerit.ideo carētia eiuſ moleſtius toleratur. Iſtud etiaꝫ patet de pena ſenſus.quia cuꝫ dolor nō ſit eēntialiter ipſa leſio.ſed leſionis ſenſus tanto magis dolet anima quanto magis ſentit ſenſitiuū aliquid.ideo ab igne ī ipſa agēte maxime affligitur. Ratio acerbitatꝭ pene purgatorij.hec eſt.quia cuꝫ deus magis querat emendā ꝙ̃ penā.plus ponderat ī penitentia virtutē bone volūtatis ꝙ̃ penā afflictionis. Unde plus ponderat

deus modicā penā voluntariā in pn̄ti. q̄
multo maiorē nō ita voluntariā i futuro.
Sicut plus valet modicū auri q̄ multuȝ
plumbū. Vn̄ oȝ ꝙ ibi deficit in volunta-
te. hic suppleaꝛ̄ i acerbitate. De igne qui
purgat aīas duplr̄ ē loq̄ndū. vl̄ quātū ad
id qđ mediate aīas affligit: ⁊ sic ē corpe⁹.
vel q̄tū ad id qđ ꝓprie affligit ⁊ imediate
sic ē icorpe⁹. Prio mō dr̄ ignis vere. 2°°
similitudiarie. sic leo verus. ⁊ leo pictuſ.
Vtrūqȝ tāgit Gre. qn̄ dicit. In eo ardēt
dū ardorē vident. Ille aūt ignis corpore
us duplr̄ pōt ꝯsiderari. Prio vt est istr̄ȝ
nature. sic agere pōt i corpe ⁊ nō i aīa. 2°
ꝓut est instr̄m diuie iustitie. sic agit i aīaȝ
imprimēdo illi spēȝ suā p quā affligiꝛ̄. qꝛ
violēter illa specie iformaꝛ̄. sicut. n. aīa ſȝ
ordinē nāe vniꝛ̄ corpori. vt istituat vitaȝ.
sic merito ſm ordinē iustitie vniꝛ̄ igni a q̄
suscepit penā. Nota ꝙ demōes nō puni
unt aīas i purgatorio. sed illic eas addu-
cūt: vel ēt assistūt vt cōiter dr̄. Ex ꝑmissio
ne tn̄ dei demones i hac vita qn̄qȝ bonos
affligūt. sed hec ē rō. qꝛ i pn̄ti daꝛ̄ pugna
iter demonē ⁊ hoiem q demon hēt in eo
ꝑtātem exercitij. sed post hāc vitā n̄ ē sic.
Vn̄ ⁊ aer iste caliginosus est assignat⁹ de
monib⁹ magis ꝓpꝛ̄ exercitiū q̄ ꝓpꝛ̄ sup-
pliciū. De locis penalib⁹ vbi sint ⁊ q̄t. req
re supra li. 4. ca° de descēsu xp̄i ad iferos.
Sciendȝ tn̄ de loco purgatiōis ꝙ duplr̄
assignaꝛ̄. aut ſm legē cōem. ⁊ sic ē in vno
loco i parte iferi circa limbū patrū. aut ſȝ
dispensationē spālē. ⁊ sic purganꝛ̄ aīe ali
qn̄ in locis diuersis i quib⁹ peccauerunt.
Hoc aūt sit ꝑꝑ aliquā suā reuelationeȝ p
suffragia eoꝝ qb⁹ apparēt i illis locis. vel
ēt ꝓpter aliquā edificationē viuētiū. Ille
ignis plus vel min⁹ cruciat ſm ꝙ plus vl̄
minus qsqȝ ꝯbustibilis secū tulit. Opor-
tet eni ꝑus q̄ facies dī videaꝛ̄ ꝙ ligna fe
num stipulā. i. maiora mīma mediocria ⁊
vēialia totaliter per cremationē ꝯsumāꝛ̄.
Predicta v̄o ignis diuersitas non est ex
diuersitate ignis ardentis seu agentis. sȝ
subiecti patiētis. Sicut sub eodē sole vn⁹
plus estuat alter minus. vt dicit. G. Ne
cesse est aūt vt dicit Aug. ꝙ tātū duret do
lor quātū deserat amor. Tāto. n. qsqȝ tor
quebitur diutius quāto affect⁹ venialibuſ
adherebat fortius.

## De suffragijs ecclesie. Cap. 4.

s Icut pertinet ad diuie iustitie se-
ueritatē ꝓpꝛ̄ venialia puniri eos.
ita pertinet ad bonitatē diuie mi
sericordie eosdē p suffragia eleuari. Pro
sunt ḡ suffragia defunctis nō ad meritu̇ȝ
vite eterne: sed ad solutionem pene. ⁊ hoc
vel ad penarum mitigationē vel celerio-
rem liberatiōem. Sunt aūt quattuor mo
di suffragiorū generales ad quos omneſ
alij reducunꝛ̄. s. orō. ieiuniuȝ. elemosyna.
⁊ sacramētū altaris. quoꝝ numer⁹ sic acci
piꝛ̄. qm̄ defuncti a pena absolui pn̄t duo
bus modis. s. per viam gr̄e: ⁊ p viam iu-
stitie. per viam gr̄e dupliciꝛ̄. Primo p in
tercessionē publicā capitis que est in ob-
latione sacri altaris. Secūdo p interces-
sionem quasi priuatā membroꝝ. s. p orō
nes iustoꝝ. Silr̄ per viam iustitie duplr̄.
Primo per modū redēptiōis pene. s. ele
mosynaꝝ largitionē. Scđo per modū so
lutionis pene. s. in ieiunioꝝ afflictiōe. Si
aūt queriꝛ̄ qn̄ incipiat valere defuncto id
qđ per se fieri mandauit. dicendū ꝙ op⁹
operās idest meritū auctoris stati ꝓse q̄ ē
mortuuȝ de bonis que precepit fieri pro
aīa sua. Sed nō opus operatū idest fru-
ctus ipsius operis vsqȝ quo fiant. qꝛ pri-
mum valet ex merito absoluto. sed 2$^{m}$ ex
merito conditionali.

## Quoꝝ suffragia prosunt. Cap. 5.

a D hoc ꝙ valeant suffragia requi
riꝛ̄ aliquid ex parte agentis. ⁊ ali
quid ex parte mortui recipientis.
Ex parte agentis requiriꝛ̄ ꝙ sit in chari-
tate ⁊ ꝙ intentionē suam dirigat ad illos
quibus vult vt opera sua proficiant. Di-
stinguendū est tn̄ ꝙ suffragia per malum
pn̄t fieri dupliciꝛ̄. vel vt per auctorē. ⁊ sic
nō ꝓsunt nisi forte per accidens. s. inquan
tum per elemosynas mali hoīs excitanꝛ̄
boni pauperes ad orandū ꝓ defūctis. vel
vt per ministrū: ⁊ hoc duplr̄. qꝛ vel faci-

ens eſt vt miniſter publicus dei ⁊ eccľie. ſicut qñ ſacerdos malus celebrat miſſam vel agit exequias mortuoꝝ ⁊ talia ſp ꝓſunt. q2 malicia miniſtri ñ nocet operi boni auctoris. ſic pꝫ in dño iuſto dante elemoſynam per malũ. Si vo facit ea vt miniſter priuate pſone exñtis tñ in charitate ſiue defuncti ſiue alterius ẽt talia ꝓſunt. q2 opus illud lꝫ ſit mortuũ quo ad miniſtrum. nõ tñ quo ad auctorẽ. Si vero malus miniſter facit aliqua de mandato ei⁹ qui nõ eſt in charitate nõ ꝓſunt. Aliqd ẽt exigit ex parte accipiẽtis ad hoc ꝙ ſuffragia ꝓſint illi. Primũ eſt ꝙ ipſe ſit i charitate. Vñ nõ valet his qui ſunt i iferno. q2 ſunt a corpe xpi myſtico ſepati. Unde nulla ſpũalis iſluentia peruenit ad eos: ſicut iſluentia corpalis non valet mẽbris a corpe amputatis. Scõm eſt idigẽtia. Vñ nõ valent btis. q2 nõ ſunt ampli⁹ i via ſed i termino: nec pñt ad altiora aſcendere. ſꝫ potius ecõuerſo illoꝝ ſuffragia ꝓſunt nobis. Utrũq; eſt i his q ſunt i purgatorio ſ. charitas ⁊ idigentia. Vñ ſicut põt hõ ſatiſfacere ꝓ altero viuente q per ſe nõ valꝫ. ita põt ẽt ꝓ defuncto. Nota ꝙ ſuffragia ꝓſunt defunctis. ſed magis ⁊ min⁹ ꝓ diuerſitate meritorũ ⁊ mortuoꝝ. vel ꝓ q̃litate viuoꝝ qui magis ſolicitant ꝓ aliquib⁹ ꝙ̃ ꝓ alijs. Jlla. n. ſuffragia q ſpãliter fiũt ꝓ aliquibus plus valẽt illis ꝙ̃ alijs. lꝫ ẽt alijs quodãmõ cõicent. Suffragia vo que cõiter ꝓ defuncto fiunt ꝙ̃uis ꝓ modulo ſuo oibus ꝓſint. illis tñ amplius q dũ eſſent i via magis meruerũt vt ſibi ꝓdeſſet. Quis aũt vt dictũ eſt ſuffragia nõ ꝓſint illis q ſunt i celo. nec illis q ſunt i iferno. tñ aliquo mõ ꝓſunt. Unde nota ꝙ valent illis q ſunt i purgatorio p modũ purgatiõis. valent ſaluatis i celo p modũ cõiunctiõis. q2 multiplicatio ſaluandoꝝ augmẽtat glãm accidentalẽ. Valẽt ⁊ dãnatis in iferno p modũ diminutiõis. quanto eniꝫ plẽs ſaluãt p meritũ eccľe: tãto pautiores dãnabũt: ⁊ ita mior eit pẽa p ſubtractionẽ ꝯſortij illoꝝ. Valẽt ẽt impijs facientib⁹ per modũ meriti. De paruulis defunctis celebrant miſſe mortuoꝝ. hoc nõ fit ꝓpter illorũ idigentiã cũ ſtatim euolẽt ad glãm. ſed ꝓpt grãꝝ actionem.

¶ Utrũ idulgẽtie valeãt defunctis. Ca. 6.

p Apales idulgentie ꝓſunt defũctis i purgatorio. qđ pꝫ. q2 crux aliqñ dat ꝓ duab⁹ vel tribus vel quatuor vel decẽ aiabus. Jn eccľa. eſt. n. theſaurus meritoꝝ tam xpi ꝙ̃ perfectoꝝ de quo ſolus papa qui hꝫ claues h⁹ theſauri ꝓ neceſſitate eccleſie põt accipere ⁊ diſpẽſare. Alij aũt ſicut epi nõ hñt i his ptãteꝫ generalẽ ſed limitatã. ⁊ nõ niſi per ſũmi põtificis diſpenſatõem. Dicendũ ergo ꝙ papa ꝓprie nõ abſoluit defunctos a pẽa: ſed quaſi ꝓ eis de cõi theſauro eccleſie ſoluit. ſicut aliter creditor liberat debitoreꝫ a debito dum eum abſoluit. ⁊ aliter amicus debitoris dum ꝓ eo debitũ ſoluit. ſꝫ viuẽtes vtroq; mõ abſoluit papa. Jlli ãt quibus dat indulgentia nõ pñt eam vlterius dare nec viuis nec defunctis. ⁊ h duplici rõne. Primo q2 indulgentia non eſt donum collatiuum grẽ. ſed priuatiuũ pene: priuatio cum nihil ſit alijs cõicari nõ põt. Secundo q2 dare indulgentiã eſt auctoritatis ⁊ iuriſdictiõis quam nõ habẽt laici ex eo ꝙ indulgentias ab alijs recipiunt. Unde nõ poſſunt defunctis impendere idulgentiam per auctoritatẽ. ſed ſolum boni operis ſui ſuffragiũ per charitatem papa põt vtrũq;.

¶ De aduentu antixpi. Cap. 7.

a Nteq̃ dñs veniat ad iudicium regni Romani fiet deſtructio. Nã ſicut dicit Gloſa ſuper Apocalypſim. Prius erit deſcenſio ab vtroque imperio qua cõpleta aderit antichriſtus. hic ex parentũ ſeminibus concipietur. Sed poſt conceptum deſcendet ſpiritus malignus in matris vterum cui⁹ virtute ⁊ operatiõe deinceps puer naſcetur aletur adoleſcet. propter quod ⁊ fili⁹ perditionis vocabitur. Naſcetur autẽ in babylonia đ tribu dan. ſicut dicit glo. ſuper Apo. Poſt hoc veniet in hieruſaleꝫ ⁊ circũcidet ſe. dicens iudeis ſe eſſe chriſtuꝫ il

lis promiſſum. Unde plebs iudea ſpālit ei adherebit. ſic̃ dicit haymo ſuper Apo. donec Enoch ⁊ Helya predicātibus qui ex illis ſaluandi fuerint ad xp̄m reuertantur. Angelus bonus deputabitur primo antixp̄o ad cuſtodiam. ſed qn̄ ita obſtinabitur in peccato ꝙ dicet ſe eſſe deū ⁊ extollet ſuper omne id quod dicitur deus: aut colitur ſicut dicit apoſtolus. tunc primo deſeret eum angelus ex toto. nec habebit eum poſtmodum ad protectionem ſed ad accuſationem.

¶ De vita antixp̄i. Cap. 8.

a Aticħriſtus erit luxurioſus ⁊ cōcupiſcibilis feminarum. vt habet̃ Dañ. 11. In aperto autem per hypocriſim ſimulabit ſanctitatem vt facilius decipere poſſit. Cor ſuum per ſuperbiam magnificabit. Dañ. 8. Et cōtra principem principum conſurget. ſ. contra deū. Et vt dicit gloſa ſuper Dañ. 8. In tantaꝫ eleuabitur ſuperbiam. vt leges ⁊ cerimonia mutare conabitur. vel curſum temporum. Tante quoqꝫ preſumptionis erit ꝙ nō putabit ſe a deo puniendū. propter h̃ q2 iudicium differt̃. ps. Auferunt̃ iudicia tua a fa. eius. Erit ēt blaſphemus. ſicut in Apoc. 12. dr̃. Unde Dañ. 11. Aduerſus d̃um deorum loquet̃. Item ad maiorē dei cōtumeliam faciet imaginem ſuam adorari: ⁊ oēs ſuo caractere ſignari in manu dextra ⁊ frontibus ſuis. ſicut habetur in Apoc. Confitebitur enim ſe verum filium dei. ⁊ filium hominis. ita vt in templo d̃i ſedeat tanq̄ ipſe ſit deus. ⁊ ſe faciet adorari. Iudei nanqꝫ templum qd̄ Romani deſtruxerunt reedificabūt. Affirmabit ante ſe nullum fuiſſe chriſtum. Dicitur ī glo. ad theſalonicenſes. 2. ꝙ ſicut ī chriſto diuinitatis plenitudo habitat. ita ⁊ in antichriſto plenitudo omnis iniquitatis. quia in ipſo erit caput omniuꝫ malorum. ideſt diabolus.

¶ De modis quibus decipiet. Cap. 9.

m Erito comparatur antichriſtus in Geñ. ceraſti qui eſt ſerpens cornutus. quia quattuor cornib⁹ armabitur. ſcilicet calida perſuaſione. miraculorum operatione. donorum largitione. ⁊ tormentorum exhibitione. ¶ Primus ergo modus ſubuertendi homīes erit calida perſuaſio. ¶ Predicabit enim legē nouam prauam. ⁊ legē chriſti pro poſſe deſtruet. ¶ Predicatores enim ſui diſcurrēt per vniuerſas partes mundi. Impedient quoqꝫ apoſtoli antichriſti ne ſcriptura ſꝫ veritatem exponatur a catholicis doctoribus vel a fidelibus audiatur. ipſi autē bonos ſe ſimulabunt. ⁊ tamen mala ſuadebunt. Secundus modus ſubuertēdi erit per falſa miracula. quia per artem magicam faciet illa. Unde glo. ſuper Apoc. 13. Magica arte faciet ſtatuam loqui ⁊ futura predicere. Faciet ſicut dicitur Apoc. 13. Ignem de celo deſcendere in terrā. Glo. ideſt malignum ſpiritum faciet ſuper ſuos deſcēdere vt loquātur varijs linguis. Spiritus eniꝫ malignus deſcendet ī eos in conſpectu hōminum. ſicut ſpiritus ſanctus deſcendit in apoſtolos chriſti. Unde iactabūt ſe eſſe iuſtiores apoſtoliſ chriſti qui ſpiritum acceperunt in conclaui. Item per artem magicam ſimulabit ſe mortuum ⁊ ferretur a demonibus in aera quaſi aſcenderit in celum. ⁊ ſic putabitur ab hominibus reſurrexiſſe qui prius mortuus per triduum putabatur. ⁊ tunc mirabuntur populi ⁊ adorabunt atqꝫ laudabunt eum. Eccleſia enim non faciet tūc miracula. De hoc modo decipiendi dicit p̄s. Inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua. Glo. Recte antichriſt⁹ comparatur leoni exiſtenti in ſpelunca. quia ī eo vis ⁊ dolus operatur. vis eniꝫ per leonem. dolus per ſpeluncam intelligitur. Gregorius. ¶ Penſemus que erit humane menti illa tentatio quando pius martyr ⁊ corpus tormentis ſubijciet. ⁊ tamen tortor ante eius oculos miracula faciet. Sicut enim antichriſtus finget ſe a mortuis reſurgere. ita quoqꝫ finget ſe ad celū aſcendere. Apoc. 13. Et plaga mortis eiuſ curata eſt. Gloſa. Arte magica aſcendet antichriſtus in aera ferentib⁹ eū demoni-

bus. ſaciet arbores cito florere ⁊ areſce-
re. mare turbari. naturas ĩ diuerſas figu-
ras mutari. mortuos ẽt ĩ cõſpectu hoĩuꝫ
ſuſcitabit. Tertio decipiet ꝑ munera. Jpe
nãqꝫ antixp̃s iueniet theſauros abſcõdi
tos ꝑ quos ad ſequenduꝫ ſe ĩclinabit plu
rimos. Ditabit eĩ bonis diuites hꝰ ſeculi.
⁊ tunc eorum falſam ſecuritatẽ ad decipi
endum eos oñdet. Quarto cõpellet ꝑ mi
nas ⁊ tormenta quos aliter vincere ñ po
terit. Tanta vero ſicut ait dñs tũc erit tri
bulatio vt ĩ errorẽ ducant̃ ſi fieri põt etiã
electi: ⁊ hoc ĩnuit ĩ Apoc. vbi dr̃. Pedes
eꝰ ſilis auricalcho. ſic̃ ĩ camio ardẽti. Per
pedes vltima xp̃i mẽbra. Per caminum
vero vehemens tribulatio deſignat̃. Ex-
hibebit. n. cuncta que ĩ p̃cedentibꝰ marty
ribꝰ ĩpleta ſunt genera tormentorũ. ſꝫ in
illis regionibꝰ tunc fideles maxime ſunt
vexãdi ⁊ vehemẽtius vbi dñs fuit crucifi
xus. Et dicit haymo ſuꝑ Apoc. Jlla tenta
tio nõ per partes. ſꝫ ſimul totũ examina-
bit mũdũ. Soluent̃. n. demones q mõ li
gati ſunt. nec poſſunt nocere q̃ntũ vellẽt.
Fideles illo tẽpore nõ p̃dicabũt. qꝛ tanqꝫ
excõmunicati habebunt̃ tunc boni. nec vẽ
det̃ eis nec emet̃ ab eis. niſi habeãt cara
cterem. i. ſignuꝫ aliquod ad lr̃aꝫ. vt adhe
rentes ſibi cognoſcant̃. ⁊ alij interficiãt̃.
Aut nomẽ beſtie. i. confeſſioneꝫ oris. aut
numeꝝ nois eiꝰ. i. multiplicatiõꝫ operuꝫ
vt habet̃ ĩ Apoc. Sicut enĩ antixp̃s erit
crudelior oĩbꝰ ꝑſecutoribꝰ. ita ſci tũc tp̃is
fortiores erũt oĩbꝰ retro martyribus.

De ſequẽtibꝰ antixp̃m. Cap. 10.

p Redictis quattuor modis anti-
xp̃s multos ad ſe trahet. Unde
Apoc. 12. Cauda eiꝰ trahebat ter
tiam ꝑtem ſtellaꝝ. ⁊ miſit eas in terram.
Trahet aũt malos ꝑ munera: bonos per
tormẽta. ſimplices ꝑ p̃dicatiõꝫ ⁊ miracu
la. q enĩ ſci ⁊ iuſti credebãt̃ adherebũt ei
ꝓ ſuo arbitrio voluntatis. Habebit ſecũ
malos ⁊ maleficos. reges q̃qꝫ p̃ncipes.
Unde Apoc. 13. Uidi de mari beſtiã a-
ſcẽdentẽ. Glo. i. antixp̃ꝫ hñtẽ capita ſep
tem. i. p̃ncipes vniuerſos ⁊ cornua decẽ.
.i. eos qui impugnãt decalogũ. Nota igi
tur ꝙ antixp̃s veniet ĩ benignitate ⁊ mira
culoꝝ operatiõe. ⁊ tunc a iudeis ſuſcipiet̃
q ei ſpãlr̃ adherebũt ad quoꝝ ꝯuerſionẽ
veniet Helyas ⁊ Enoc. ⁊ antixp̃s tũc ĩ ap
tam perſecutionẽ ꝯſurget.

De gog ⁊ magog. Cap. 11.

d E gog ⁊ magog dicũt quidã ꝙ ſſ
decẽ tribus intra mõtes caſpios
clauſe. nõ ita tñ qn exire poſſent ſi
permitterent̃. ſed nõ ꝑmittunt̃ a regina
amazonũ ſub cuiꝰ regno ⁊ dictõe viuunt.
Has dicũt iudei ĩ fine exituras ⁊ vẽturas
ĩ hieruſalẽ: ⁊ cũ ſuo meſſia eccl̃ias deſtru
cturas. Alij dicũt ꝙ per gog ⁊ magog ĩ-
telligit̃ exercitꝰ antixp̃i qui ĩ fine ſeculi vẽi
et expugnare eccl̃am. per gog ſm glo. illi
⁊ ꝑ quos latẽter diabolus ꝑſequet̃ fide-
les deſignant̃. Per magog illi per quos
ap̃te eccl̃a opp̃met̃. vel ideꝫ q tp̃e antixp̃i
p̃us occulte ⁊ poſtmodũ ap̃te eccl̃am ꝑſe
quent̃. Scd̃m Aug. gog refert̃ ad gentes
magog ad diabolũ. qꝛ gog ĩterp̃tat̃ occl̃
tatio: ⁊ magog deiectio.

De Helya ⁊ Enoch. Cap. 12.

i Nter occultũ aduentũ antixp̃i q
eſt ꝑ natiuitatẽ ⁊ manifeſtũ eius
aduentũ q eſt ꝑ p̃dicationẽ ⁊ ap-
tam ꝑſecutionẽ: veniẽt Helyas ⁊ Enoch
⁊ cõuertẽt ſicut dr̃ Malachye vltimo cor
da ꝑrum ĩ filios. Glo. qui ſuſcipient fidẽ
quã illi hũerunt. Uñ ⁊ xp̃iani ⁊ iudei pa-
riter ĩ xp̃i religiõe ꝯſentient. De eoꝝ p̃di-
catiõe ⁊ ſctã cõuerſatiõe dr̃ Apoc. 11. Da
bo duobꝰ teſtibꝰ meis. ſ. Helye ⁊ Enoch.
⁊ ꝓphetabunt. i. p̃dicabũt. 1246. ĩ tribus
ãnis ſicut ipſe xp̃s p̃dicauit amicti ſaccis.
Glo. Predicãtes pñiam ⁊ exemplũ oſtẽ
dẽtes. hi ſunt due oliue ⁊ duo cãdelabra
glo. i. lumen dãtes alijs. Tandẽ antixp̃s
occidet eos ĩ hieruſalem. ⁊ iacebũt corꝑa
eoꝝ ĩ plateis tribus diebꝰ ⁊ tribꝰ noctibꝰ
cum dimidio. qꝛ nullus audebit corꝑa eo
rum ſepelire ꝓpter metũ antixp̃i. Occiſo
res aũt eoꝝ erunt valde leti ꝓpter mortẽ
eoꝝ. poſt dies tres ⁊ dimidiũ reſurgẽt. ⁊
eoꝝ occiſores audient vocẽ talẽ. Helyas

⁊ Enoch aſcēdite huc. ⁊ aſcendēt ī celū in
nube. Antixp̄s regnabit poſt moꝛtē illoꝝ
quindecim diebus.

¶ De duratiōe h⁹ ꝑſecutiōis. Cap. 13.

r Egnabit antixp̄s ſicͭ dicit glo. ſu-
per Apoc. trib⁹ ānis cū dimidio.
vñ Dañ. 11. Jurauit ange. ꝑ viuē
tem ī eternū ꝙ in tp̄s. i. vni⁹ āni. ⁊ tēpa. i.
duoꝝ ānoꝝ. ⁊ dimidiū tp̄is. i. dimidij an
ni. glo. Hoc ſpacio dr̄ duratura deſolatō
antixp̄i. Niſi aūt vt dr̄ in Math. bꝛeuiati
fuerūt dies illi nō fuiſſet ſalua oīs caro.
Qꝛ. n. ⁊ ſupbos ⁊ īfirmos dicit: aſpicit de
us dies quos ſilr̄ malos ītulit miſericoꝛ-
diter bꝛeuiādos. Dicit glo. ſuper Math.
